



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

**Parisiis, 1644**

XLIX. De manumissionibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14918**

eius nomen inter Dei sacerdotes nullo modo recitetur. Nec excusari possit, si intestatus decesserit, qui utique debuit, factus episcopus, rei suæ ordinationem congruam suæ professioni nequaquam differre.

430  
CXXII  
44

## XLIX.

Cod. Can.  
cap. 82.

Item placuit, vt de manumissionibus in ecclesia celebrandis ab imperatore petatur.

## L.

De consecr.  
dist. 1. Placuit  
vt altaria.  
Et in Carthag.  
V. cap. 14.  
Cod. Can.  
cap. 83.

Item placuit, vt altaria, quæ passim per agros, & per vias tamquam memoriæ martyrum constituuntur, in quibus nullum corpus aut reliquiæ martyrum conditæ probantur, ab episcopis, qui locis eisdem præsumunt, si fieri potest, euertantur. Si autem hoc per tumultus populares non finitur, plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent, vt qui recte sapiunt, nulla ibi superstitione deuincti teneantur. Et omnino nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur, nisi vbi corpus aut aliqua reliquiæ sunt, aut origo alicuius habitationis, vel possessionis, vel passionis fidelissima origine traditur. Nam quæ per somnia & per inanes quasi reuelationes quorumlibet hominum vbiicumq; constituuntur altaria, omni modo reprobentur.

## LI.

Et in Concilio  
Carthaginensi  
V. cap. 15.  
Cod. Can.  
cap. 84.

Item placuit, ab imperatoribus gloriosissimis peti, vt reliquiæ idololatriæ, non solum in simulacris, sed in quibuscumque locis vel lucis vel arboribus omni modo deleantur.

## LII.

Cod. Can.  
cap. 85.

Vt si quæ literæ dictandæ in Concilio placue-